multis passeribus meliores estis uos

omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus confitebor. Et ego eum coram pa
tre meo qui in caelis est :
Qui autem negauerit me coram homi
nibus negabo et ego. Et ego eum coram
patre meo qui in caelis est :
Ne arbitrari quia uenerim pacem
mittere in terram non ueni pacem
mittere sed gaudium ueni [redacted]
enim separare filium hominem aduer
sus patrem suum et filiam aduersus
matrem suam et nurum aduersus so
crum suam et inimici hominis domesticis
Qui amat patrem aut matrem plus
quam me non est me dignus et qui
amat filium aut filiam plus quam me
non me dignus et qui non accipit crucem

suam et sequatur me non est me dignus:
Qui inuenit animam suam perdet
illam et qui perdiderit animam
suam propter me inuenit eam:
Qui recipit uos me recipit et qui
me recipit recipit eum qui me misit:
Qui recipit prophetam in nomine
profetae mercedem profetae
accipiet et qui recipit iustum in nomine
iusti mercedem iusti accipiet:
Quicumque potum dederit uni
ex minimis istis calicem aquae fri
gidae tantum in nomine discipuli amen
dico uobis non perdet mercedem suam:
Et factum est cum consummasset
ihs uerba haec praecipiens duo
decim discipulis suis transit inde ut

docere et praedicare in ciuitatib: eorum:
Iohannis autem cum audisset in uinci
lis opera xpi mittens duos de discipulis suis ait illis tu es qui uenturus es
an alium exspectamus. Et respondens
ihs ait illis euntes renuntiate iohanni
quae audistis et uidistis caeci uident
claudi ambulant lepros mundantur
surdi audiunt mortui resurgunt
pauperes euangelizantur. Et beatus
est qui non fuerit scandalizatus in
me. illis autem abeuntibus coepit ihs
dicere ad turbas de iohanne baptista
quid existis in deserto uidere harun
dinem uento agitatam sed quid existis
uidere hominem mollibus uestium.
Ecce qui mollib: uestiuntur in domib:

regum sunt sed quid exiistis uidere prophe-
tam etiam dico uobis et plus quam prophe-
tam hic est enim de quo scriptum est ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam
qui praeparabit uiam tuam ante te
Amen dico uobis non surrexit in na-
tis mulierum maior iohan-
ne baptista quicumen minor est in
regno caelorum maior illo
Diebus autem iohannis bapti-
stae usque nunc regnum caelorū
uim patitur et uiolenti rapiunt illud
Omnes enim prophetae et lex usq;
ad iohannem prophetauerunt
et si uultis recipere ipse est helias
qui uenturus est qui habet aures au
diendi audiat

Cui autem similem aestimabo generati
onem istam similis est pueris sedentibus
in foro qui clamantes coaequalibus dicunt
cicinimus uobis et non saltastis lamenta
uimus uobis et non planxistis. Uenit enim
iohannis neque manducans neque bi
bens et dicunt demonium habet uenit
filius hominis manducans et bibens et
dicunt ecce homo uorax et potator uini
publicanorum et peccatorum amicus et
iustificata est sapientia a filiis suis ::

Tunc coepit exprobrare ciuitatibus in
quibus factae sunt plurimae uirtutes eius
quia non egissent penitentiam. Uae tibi beth
saida quia si in tiro et sidonae factae es
sent uirtutes quae factae sunt in uobis sol
lim in cilicio et cinere paenitentiam aegis

sent uerumtamen dico uobis tyro et sidoni
remisius erit in die iudicii quam uobis et tu
cafarnauum numquidusque ad caelum
exaltatae ad usque ad infernum dicendes
Quia si in sodomis factae fuissent uir
tutes quae factae sunt in te fortemq
sisent usque in hunc diem uerumtamen
dico uobis quia terrae sodomorum remis
sius erit in die iudicii quam tibi
Illo tempore respondens ihs dixit co
fiteor tibi pater dñe caeli et terrae quia
abscondisti haec a sipientibus et prudenti
bus et reuelasti ea paruulis ita pater
quia sic fuit placitum ante te
Omnia mihi tradita sunt a patre meo
patrem quisquam
et nemo nouit filium nisi pater neq:

nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis et ho-
norati estis et ego reficiam uos tollite
iugum meum super uos et discite a me
quia mitis sum et humilis corde et inueni-
etis requiem animabus uestris iugum enim
meum suaue est et honus meum laeuae.

Illo tempore abiit ihs sabbato per sa-
ta discipuli autem eius esurientes co-
erunt uelle respicas et manducare fa-
rissaei autem uidentes illos dixerunt
ei ecce discipuli tui faciunt quod non lice-
eis facere sabbatis at ille dixit eis non le-
gistis quid fecerit dauid quando esurit
et qui cum eo erant quomodo intrauit
in domum dei et panes propositiones
comedit quos non licebat eiedere neq:

his quicumeo erant nisi solis sacerdotibus.
Aut non legistis in lege quia sabbatis
sacerdotes in templo sabbatum uiolant
et sine crimine sunt dico autem uobis
quitemplo maior est hic si hoc scireris quid
est misericordiam uolo et non sacrificium
numquam condempnas scis innocentes
dn̄s est enim filius hominis etiam sabbati.
Et cum inde transisset uenit in sinago
gam eorum et ecce homo erat manum a
ridam habens et interrogabant eum di
centes si licet sabbatis curare ut accus
sarent eum ipse autem dixit illis quis
erit ex uobis homo qui habet ouem unam
et si ceciderit haec sabbatis in foueam
nonne tenebit et laeuabit eam quanto
magis melior est homo oue itaque licet

sabbatis benefacere ⁘

Tunc ait homini extende manuum
tuam et extendit et restituta est sanita
ti sicut et altera ⁘

Exeuntes autem farissaei consilium
faciebant adversus eum quomo
do eum perderent ⁘

Hs autem sciens secessit inde et secu
tisunt eum multi et curavit eos om
nes et praecipiteis ne manifestum eum
facerent ut impleretur quod dictum
est per essaiam prophetam dicentem
Ecce puer meus quem elegi dilectus mes
in quo bene conplacuit anima mea ponam
spm meum super eum et iudicium gentib:
adnuntiabit non contendet neque clama
bit neq: audiet aliquis in plateis uocem

eius arundinem quasatam non conprin-
ge et linum fumigans non extingue do-
nec eiciat ad uictoriam iudicium et in no
mine eius gentes sperabunt :.

Tunc oblatus ei est homo demonium
habens caecus et mutus et surdus
et curauit eum ita ut loqueretur et uidere-
Et stupebant omnes turbae et di-
cebant numquid hic est filius dauid
Pariss aei autem audientes dixerunt
hic non iecit demonia nisi in beltzebo
principe demoniorum :.

Hs autem sciens cogitationes eorum
dixit eis omne regnum diuisum contra se
disolabitur et omnis ciuitas uel domus
diuisa contra se non stabit si enim sata
nas satan an iecit aduersus se diuisus :.

Quomodo ergo stabit regnum eius si ego
in beelzebul eicio demones filii uestri in
quo iecerunt ideo ipsi iudices uestri erunt
si autem ergo in spu dei eicio demonia igitur
peruenit in uos regnum dei · Aut quomo
do potest quisquam intrare in domum
fortis et uasa eius diripere nisi prius
aligauerit fortem et tunc domum illius
diripie ::

Qui non est mecum contra me est et qui
non congregat mecum dispargit · idem
dico uobis omne peccatum et blasfemia
remittetur hominibus spus autem blas
phemia non remittetur et quicumque
dixerit uerbum aduersus filium hominis
remittetur ei et qui autem dixerit con
tra spm sctm non remittetur ei neque

in hoc saeculo neque in futuro ⁘

Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum siquidem ex fructu arbor cognoscitur progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali · ex abundantia enim cordis os loquitur ⁘

Bonus homo de bono thesauro profert bona ⁘ et malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala ⁘

Dico autem uobis quoniam omne uerbum ofciosum quod locuti fuerint homines reddent rationem pro eo in die iudicii ⁘ Ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condempnaberis ⁘

Tunc responderunt ei quidam de-

scribis et pharisseis dicentes magister uo
lumus a te signum uidere
Qui respondens ait illis generatio mala
et adultera signum querit et signum non
dabitur ei nisi signum ionae profetae
sicut enim fuit ionas in uentre coeti trib
diebus et tribus noctibus sicerit filius
hominis in corde terrae tribus diebus
et tribus noctibus
Uiri ninuetae surgent in iudicio cum
generatione ista et condempnabunt eam
quia poenitentiam egerunt in praeticati
one ionae et ecce plus quam iona hic
Regina austri surge in iudicio cum gene
ratione ista et condempnabit eam quia
uenit a finibus terrae audire sapientiam
salamonis et ecce plus quam salamon
hic

Cum autem inmundus sp̄s transierit ab
homine ambulabat per loca arida que-
rens requiem et non inuenit :: de exi :
Tunc dicit reuertar in domum meam un
et ueniens inuenit uacantem scopis mun
datam et ornatam · Tunc uadit et ad sum
secum septem alios sp̄s nequior esse
et intrantes habitant ibi :: Et fiunt no
uissima hominis illius peiora prioribus
sic erit generationi huic pessimae :: sc
Adhuc eo loquente ad turbas · Ecce
mater eius et fratres foris stantq: rentes
loqui cum eo :: Dixit autem ei quidam ecce
mater tua et fratres tui foris stant que-
rentes loqui tecum :: Et ipse respondens
dicentis ibi ait quae est mater mea et qui
sunt fratres mei et extendens manum

in discipulos suos dixerunt mater mea
& fratres mei quicumque enim fecerit
uoluntatem patris mei qui in celis est
ipse meus frater & soror & mater meus est
Illo die exiens ihs de domo sedebat se
cus mare & congregate sunt ad eum tur
bae multae ita ut in naviculam ascendens
sederet & omnes turbae stabant in lit
tore & locutus est eis in parabulis dicens
Ecce exit qui seminat seminare se
men suum & dum seminat quaedam ce
ciderunt secus uiam · & uenerunt uo
lucres caeli & comederunt ea ·
Alia autem ceciderunt in petrosa
ubi non habebant terram multam &
continuo exorta sunt quia non habebant
altitudinem terrae sole autem orto

aestuauerunt et quia non habebant ra
dicem aruerunt :

Alia autem ciciderunt in spinas
et creuerunt spinae et soffocauerunt ea

Alia uero ciciderunt in terram bonam
et dabunt fructum aliut centissimum
aliut sexagissimum aliut tricenssimum
qui habet aures audiendi audiat et ac
cedentes discipuli dixerunt ei quare
in parabulis loqueris eis · qui respondens
ait eis : Quia uobis datum est nos
se misterium regnicaelorum · Illis autem
non datum est :

Qui enim habet dabitur ei et abun
dabit qui autem non habet et quod
habet auferetur ab eo : dentes
Ideo in parabulis loquor eis quia ui

non uident et audientes non audiunt nec
intellegunt ut adompleretur eis profetia
esaiae dicentis auditu audietis et non in
tellegetis et uidentes uidebitis et non uide-
bitis incrassatum est enim cor populi huius
et auribus suis grauiter audierunt et ocu
los suos conclusserunt nequando oculis
uideant et auribus audiant et corde in
tellegant et conuertantur et sanem eos ::

Et iterum incrassatum est cor populi
huius et aures eorum obstruerunt et ocu
los suos conpraeserunt nequando con
uertatur et sanem eos ::

Uestri autem beati oculi qui uident et
aures uestre quia audiunt amen quip
pe dico uobis quia multi profetae et iusti
cupierunt uidere quae audetis et non au

dierunt et audire quae audiuisset non au
derunt



Vos autem audite parabulam semi
nantis omnis qui audit uerbum regni
et non intellegit uenit malignus et rapit
illud quod seminatum est in corde eius
hic est qui secus uiam seminatus est
Qui autem supra petrosa seminatus est
hic est qui audit uerbum et continuo
cum gaudio accipit illud non habet au
tem in se radicem sed temporalis est
facta autem tribulatione ac persecuti
one propter uerbum continuo scandali
zatur Qui autem seminatus est
in spinis hic est qui uerbum audit et sol
licitudo saeculi istius et fallacia diuiti
arum suffocant uerbum et sine fructu

efficitur. Qui uero in terram bonam
seminatus est hic est qui audit uerbum
et intellegit et fructum adfert et facit
aliud quidem centissimum aliud autem
sexagissimum aliud tricensimum.

Aliam parabulam propossuit
eis dicens simile factum est
homini regnum caelorum qui semina-
uit bonum semen in agro suo cum autem
dormirent homines uenit inimicus eius
et superseminauit zezania in medio
tritici et abiit. Cum autem creuisset her-
ba et fructum fecisset. Tunc apparue-
runt zezania accidentes autem seui
patri familias dixerunt ei. Domine nonne
bonum semen seminasti in agro tuo. Un-
de ergo habet zezania. Et ait illis inimi

cus homo hoc fecit seruiautem dixerunt
ei uisimus et colligemus ea nia
et ait eis nonne forte collegentes zeza
simul et triticum cum eis eradicetis sed
sinite utraque crescere usque ad mes
sem et in tempore mesis dicam messo
ribus meis collegete primum zezania
et alligate ea fasciculos ad concombu
rendum triticum autem congregate in hor
reum meum

Aliam parabulam propossuit
eis dicens simile est regnum celo
rum grano sinapis quod accipiens hom
seminauit in agro suo quod minimum est
omnibus seminib: cum autem creuerit
maius fit omnibus holeribus et fit an
bor ita ut uolucres caeli ueniant et in

habitent in ramis eius celis

Aliam parabulam locutus est eis di
simile est regnum caelorum fermento
Quod acceptum mulier abscondit in fa
rinas atis tribus donec fermentatum
est totum



Haec omnia locutus est ihs in para
bulis ad turbas · Et sine parabulis
non loquebatur eis · ut impleretur quod
dictum est per prophetam dicentem · Ape
riam in parabulis os meum eructabo
absconsa a constitutione mundi ::

Tunc dimissis turbis uenit in domum
ad accesserunt ad eum discipuli
eius dicentes dne dissere nobis parabu
lam tritici · Et zizaniorum agri · Qui res
pondens ait · Qui seminat bonum se

men est filius hominis · Ager autem est
hic mundus bonum uero semen hii sunt
filii regni · Zizania autem filii sunt dia
buli nequam inimicus autem qui semina
uit ea est diabulus messis uero consumma
tio saeculi est · messores uero angeli sunt ·
Sicut ergo colliguntur zizania et igni
comburuntur :· Sic erit in consummati
one saeculi · Mitte filius hominis an
gelos suos et collegent de regno eius om
nia scandala et eos qui faciunt iniqui
tatem et mittent eos in caminum ignis ·
Ibi erit fletus et stridor dentium · Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno pa
tris eorum qui habet aures audiendi
audiat :· Ero abscondito in
Simile est regnum caelorum thesau

agro quem qui inuenit homo abscon
dit & praegaudio illius uadit & uendit
uniuersa quae habet & emit agrum
illum. Iterum simile est regnum cae-
lorum homini negotiatori quaerenti
bonas margaretas inuenta autem
una margarita praetiosa abiit &
uendidit omnia quae habuit & emit ea.
Iterum simile est regnum caelorum
saginae misae in mare quae ex omni
genere piscium congregati quam cum
inpletae sunt & eduxerunt aolitus. &
sedentes elegerunt bonos in uassa sua
malos autem misserunt foras. Sic
erit in consummatione saeculi. exi
bunt angeli & separabunt malos
de medio iustorum & mittent eos in ca

minum ignis ibierit fletus et stridor den
tium. Dixiteis intellexistis haec omnia
dicuntei etiam dñe. Et ait illis ideo om
nis scriba doctus in regno caelorum
similis est homini patri familias
qui profert de thesauro suo noua
et uetera.

Et factum est cum consummasse
ihs parabulas istas transiuit inde.
Et ueniens in patriam suam doce
bat eos in synagogis eorum ita
ut mirarentur et dicerent unde huic
sapientia haec et uirtutes nonne hic est
fabri filius ioseph nonne mater eius
dicitur maria et fratres eius iacobus
et iohannis et ioseph et simon et iudas
et sorores eius nonne omnes apud nos

Isunt

Unde ergo hui comnia ista et scandali
zabuntur in eo :

Dsautem dixit eis non est profeta
sine honore nisi in patria sua et
in domu sua et ideo non fecit ibi uirtutes
multas propter incredulitatem eorum :

Illo tempore audiuit herodis de tra
chafamam de ihu et ait pueris suis
Numquid hic est iohannis baptista
quem ego decollaui ipse surrexit a
mortuis et ideo uirtutes operantur in eo

Herodis enim tenuit iohannem et al
ligauit eum et possuit eum in can
cere propter erodiadem uxorem fra
tris sui philippi dicebat enim illi io
hannis non licet tibi habere eam
et uolens eum occidere timuit popu

lum quia sicut prophetam eum habe-
bant. Et filia herodiadis
Die autem natalis herodis saltauit
in medio triclinio et placuit herodi
unde cum iuramento pollicitus est
ei dare quodcumque postolasse
a beo a tilla praemonita a matre
sua dixit da mihi caput iohannis
baptistae in disco. Et contristatus est
herodis propter iuramentum autem
et propter eos qui pariter recumbe-
bant iusit dari missit que et decola-
uit iohannem in carcere et adlatum
est caput eius in disco. Et datum est
puellae et puella adtulit matri suae
et accedentes discipuli eius tulerunt
corpus eius et sepelierunt illud et

71

uenientes nuntiauerunt ihu ::

Quod cum audisset ihs secessit in
de in nauicula in locum desertum
seorsum et cum audissent turbae
saecutae sunt eum pedestres de ciuita
tibus et exiens uidit turbam multam et
misertus eis et curauit languidos eorum.

Vespere autem facto accesserunt
ad eum discipuli eius dicentes de
sertus est locus. et hora iam praeterit
dimitte turbas ut euntes in castella
emant sibi escas :: Et cesse ire da

Hs autem dixit eis non habent nec
te illis uos manducare. Respon
derunt ei dicentes non habemus hic
nisi panes .u. et duos pisces qui ait eis
ad ferte illos mihi huc et cum iussisset

turbam discumbere supra foenum
acceptis quinque panibus et duobus pis
cibus aspiciens in caelum benedixit
et fregit et dedit discipulis suis panes
discipuli autem dederunt turbis et
manducaverunt omnes et saturati
sunt et tulerunt reliquias duodecim
cofinos fragmentorum plenos man
ducantium autem fuit numerus quin
que milia virorum exceptis mulieri
bus et parvulis





Et statim iussit discipulis suis as
cendere in navicula ut praecederent
eum trans fretum donec ipse dimit
tere turbas : Et ontem
dimisa turba ascendit in
solus orare :



Uespere autem facto solus erat ibi na-
uicula autem in medio mari iactabatur
fluctibus erat enim uentus contra-
rius quarta autem uigilia uenit
ad eos ambulans super mare et cum
eum super mare ambulantem
uidissent dicentes quia phantasma est
et pre timore clamauerunt statimq;
ihs locutus est eis dicens habete fidu-
ciam ego sum noli timere
Respondens autem petrus dixit
illi domine si tu es iube me uenire ad te
super aquas at ipse ait ueni et descen-
dens petrus de naui ambulabat
super mare uenire ad ihm uidens
uero uentum ualidum timuit et cum
coepisset mergi clamauit dicens dne

saluum me fac et continuo ihs exten
dens manum et ad prachendit eum
et ait illi modicae fidei quare dubitasti.
Cum ascendisse in nauiculam
cessauit uentus qui autem in na
uicula erant uenerunt et adoraue
runt eum dicentes uere dei filius es tu :
Cum transfretassent uenerunt
in terram genezar et cum cog
nouissent eum uiri loci illius. Uenerun
t et adorauerunt eum et misserunt
in uniuersam regionem illam et obtu
lerunt ei omnes male habentes et
rogabant eum ut uel fimbriam ues
timenti eius tangerent quicumque
tetigerunt salui facti sunt :
Tunc accesserunt ad eum ab hierusalem. Ma

solutis scribae et pharisaei dicentes quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum non enim lauant manus suas cum panem manducant ipse autem respondens ait illis. Quare et uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram deus enim dixit honora patrem tuum et matrem tuam. et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. uos autem dicitis uel patri uel matri suae quicumque dixerit munus quod cumque ex me tibi profuerit et non honorificabit patrem suum uel matrem irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. hypocritae bene prophetauit de uobis isaias

dicens populus hic labis me honorat
Cor autem eorum longe est a me sine
causa autem me colunt docentes doc
trinas & mandata hominum & con
uocans ad se turbas dixit eis audite
& intelligite non quod intrat
quoquam hominem sed quod pro
cedit ex ore hoc quo inquinat hominem
Tunc accedentes discipuli eius dix
erunt ei scis quia pharisaei audi
to hoc uerbo scandalizati sunt ac
ille respondens ait omnis plantatio
quam non plantauit pater meus cedes
tas eradicabitur sinite illos caeci
sunt duces caecorum caecus autem
si caeco ducatum praestet ambo in
foueam cadent respondens autem

petrus dixit ei · Dissere nobis parabulam
istam a tille dixit adhuc et uos sine intel
lectu estis non intellegitis quia omne
quod in os intrat in uentrem uadit et
in secesum recessit mittitur · Quae autem
procedunt de ore de corde exeunt haec
coinquinant hominem · De corde enim
exeunt cogitationes male homicidia
adulteria fornicationes falsa testimo
nia blasfemiae furta auaritia nequi
tia doli :· Hec sunt quae coinquinant
hominem · non lotis autem manibus
manducare non coinquinant hominem ::
Et egresus inde ihs secessit in par
tes tyri et sidonis et ecce mulier cannanea
a finibus illis egressa clamauit ad eum
dicens miserere mei dne filii dauid

filia mea male dæmonio uexatur qui
non respondit ei uerbum & accedentes
discipuli eius rogabant eum dicentes
dimitte eam quia clamat post nos
Ipse autem respondens ait non sum
missus nisi ad oues quæ perierunt
domus israhel
At illa uenit & adorauit eum dicen
s
Domine adiuua me qui respondens
ait non est bonum sumere panem fi
liorum & mittere canibus Illa dix
it etiam Domine nam & catelli edunt de mi
cis quæ cadunt de mensa dominorum
suorum Tunc respondens ihs ait il
O mulier magna est fides tua fiat tibi
sicut uis & sanata est filia illius ex illa
hora

Et cum transisset inde ihs uenit inte-
rum secus mare galilae et ascendens
in montem sedebat ibi et accesserunt
ad eum turbae multae. Habentes se-
cum mutos clodos caecos debiles et a-
lios multos et proiecerunt eos ad pedes
eius et curauit eos omnes ita ut turbae
mirarentur uidentes mutos loquentes
clodos ambulantes caecos uidentes
et magnificabant dnm israhel.
Ihs autem uocatis xii discipulis suis
dixit miserior turbae huic quia tri-
duum est iam quod perseuerant me-
cum et non habent quod manducent
dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant
in uia et dicunt ei discipuli unde ergo
nobis in deserto panes tantos ut sa-

turentur turbae multae. Et ihs ait illis
quot panes habetis. At illi dixerunt
septem et paucos pisciculos et praeci-
pit turbae ut discumberent super
terram et accipiens ihs septem panes
et pisces gratias agens benedixit fregit
et dedit discipulis suis. Et discipuli de-
derunt populo et comederunt omnes
et saturati sunt et quod superfuit de
fragmentis tulerunt septem sportas
plenas erant autem qui manducaue-
runt quatuor milia hominum extra
paruulos et mulieres et dimisa turba
ascendit in nauiculam et uenit in fines
magdalae

Accesserunt ad eum pharissei
et saducaei temptantes et ro

gauerunt eum ut signum de caelo ostende-
re eis ac ille respondens ait eis :.

Acto uespere dicitis serenum erit
Incras rubicundum est caelum
cum nubibus et mane dicitis hodie tem-
pestas rutulat enim triste caelum
Hypochritae faciem ergo caeli iudica
re nostis signa autem temporum non
potestis :.

Generatio mala et adultera signum
quaerit et signum non dabitur ei
nisi signum ionae prophetae et relictis
illis abiit :. Et cum uenissent disci
puli eius trans fretum obliti sunt
panes accipere :.

Qui dixit eis adtendite uobis et ca
uste a fermento pharisseorum

et sadducaeorum ::

Illi cogitabant inter se dicentes
quia panes non accipimus :: Sciens
autem ihs cogitationes eorum dixit
quid cogitatis in ter uos modicae fidei
quia panes non habetis nondum intel
legitis neque recordamini de quinque
panibus et quinque milibus hominum
et quod coffinos sumpsistis neque
septem panes et quattuor milia ho
minum et quod sportas sumpsistis
quare non intellegitis quia non de pa
ne dixi uobis causte a fermento sa
ducaeorum et pharissaeorum ::

Tunc intellexerunt quia non de pani
bus dixerit causte a fermento pani
um pharissaeorum et sadducaeorum

sed doctrina pharissaeorum et
saducaeorum attendere sibi.

Venit autem ihs in partes cessa
rae philippi et interrogabat
discipulos suos dicens quem dicunt
homines esse filium hominis. Ac illi
dixerunt: Alii iohannem baptistam:
Alii autem eliam alii uero heremiam
aut unum ex proffetis. Dicit illi uos
autem quem me esse dicitis: Respon
dens autem symon petrus dixit tu es
xps filius dei uiui.

Respondens autem ihs dixit ei be
atus es symon bar iona quia
caro et sanguis non reuelauit
tibi sed pater in eus qui in caelis est.
Et ego dico tibi quia tu es petrus

Et super hanc petram aedificabo ec
clesiam meam & portae inferni non
praevalebunt adversus eam & tibi
dabo claves regni caelorum ⁘ Et
quaecumque ligaveris super terram
erunt ligata & in caelo ⁘ & quae
cumque solveris super terram erunt
soluta & in caelis ⁘

HAEC praecipit discipulis suis ut
neminem dicerent quia ipse esset
Ihs xps ⁘ Exinde coepit Ihs ostendere
discipulis suis quia oportet eum
ire Ihlm & multa pati
a senioribus & scribis & principibus
sacerdotum & occidi & tertia die
resurgere ⁘

Et assumens eum petrus coepit

increpare illum dicens absit a te dne
non erit tibi hoc qui conuersus dixit pe
tro uade post me sathanas scandalu
es mihi quia non sapis ea quae sunt
dei sed ea quae sunt hominum
Tunc ihs dixit discipulis suis · si
quis uult post me uenire abneget
se ipsum sibi & tollat crucem suq
& sequatur me · qui enim uoluerit
animam suam saluam facere per
det eam · qui autem perdiderit animã
suam propter me inueniet eam
quid autem prodest homini si uniuer
sum mundum lucretur · animae ue
ro suae detrimentum patiatur aut
quam dabit homo commutationem
pro anima sua Placuit hom

his uenturus est in gloria patris sui cū
angelis suis · Et tunc reddet unicuique
secundum opera eius ::
Amen dico uobis sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem donec uideant filium homi
nis uenientem in regno suo :: Et Matth
xvii
cum esset post dies sex assumpsit ihs
petrum et iacobum et iohannem fra
trem eius: et duxit illos in montem
excelsum seorsum et transfigura
ta est ante eos · et resplenduit facies
eius sicut sol uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix · Et ec-
ce apparuit illis moyses et helias cum
eo loquentes :: Respondens autem
petrus dixit ad ihm domine bonum est

nobis hic esse. Si uis faciamus hic tria
tabernacula. unum tibi & moysi unum
& helie unum. Adhuc eo loquente
ecce nubes lucida obumbrauit eos.
& ecce uox de nube dicens hic est fili
us meus dilectus in quo mihi bene co
placui ipsum audite. & ecce audi
entes discipuli ceciderunt in facies
suas & timuerunt uehe. & accessit
ihs & tetigit eos. & dixit eis surgite
& nolite timere. leuantes autem oc
los suos neminem uiderunt nisi so
lum ihm. & descendentibus illis de
monte precepit eis ihs dicens nemi
ni dixeritis uisionem donec filius
hominis a mortuis resurgat.

Et interrogauerunt eum

dicipuli dicentes quid enim scribae dicunt
quod heliam primum oportet uenire
Ac ille respondens ait illis helias qu
dem uenturus est et restituet omnia:
Dico autem uobis quia helias iam ue
nit et non cognouerunt eum sed fe
cerunt in eo quaecumque uoluerunt
sic et filius hominis passurus est
ab eis. Tunc intellexerunt discipuli
quia de iohanne baptista dixit eis:
Et cum uenisset ad turbas acces
sit ad eum homo genib: prouolutus
ante eum dicens dñe misere filio
meo quia lunaticus est et male pati
tur nam sepe cadit in ignem et crebro
in aquam et obtuli eum discipulis
tuis et non potuerunt curare eum:

Respondens ihs ait o generatio incre-
dula et peruersa quousque ero
uobiscum usquequo patiar uos ad
ferte mihi illum huc ad me et incre-
pauit eum ihs et exiit ab eo demoni
um et curatus est puer ex illa hora:
Tunc accesserunt discipuli ad ihm
secreto et dixerunt ei quare
nos non potuimus eiecere illum.
Et dixit eis propter incredulitatem
uestram: Amen quippe dico uobis
si habueritis fidem sicut granum se
napis dicetis monti huic transi hinc
illuc et transibit et nihil impossibe-
le erit uobis hoc autem genus non
iecitur nisi per orationem et ieiunium
Et conuersantib: autem illis inga

lileam dixit illis ihs futurum est ut filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum et tertia die resurge et contristati sunt uementer ::

Et cum uenissent in cafarnauum accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt magister uester non soluit dedragma et ait etiam :: Et cum intrasset in domum praeuenit eum ihs dicens quid tibi uidetur symon reges terrae a quibus accipiunt tributum uel census a filiis suis an a alienis dicente autem illo a alienis :: Dixit illi ihs ergo liberi sunt filii ut ergo non scandalizemus eos uade ad mare et mitte amum tuum et eum piscem qui primus

ascenderit tolle et aperto ore eius in
uenies ibi statterem illum sumens da
eis pro me et te

ATH. VIII.

Illa hora accesserunt discipuli ad
ihm dicentes quis putas maior est
in regno caelorum et aduocans ihs par
uulum statuit eum in medio eorum
et dixit amen dico uobis nisi conuer
si fueritis et efficiamini sicut paruu
li non intrabitis in regnum caelorum:
Quicumque ergo humiliauerit se
sicut paruulus iste hic erit maior
in regno caelorum: et quis suscipe
rit unum paruulum talem
in nomine meo me suscepit:
Qui autem scandalizauerit unum
de minimis istis qui in me credunt

expedit ei ut suspendatur mola asina
ria in collo eius & demergatur in profun
dum maris · Ue autem mundo huic
a scandalis necesse est enim ueni
ant scandala · Uerumtamen ue ho
mini illi per quem uenit scandalum ·
Si autem manus tua uel pes tuus
scandalizat te abscide eam
& proice abs te bonum est tibi ingre
di debilem aut mancum uel claudum quam
duas manus uel duos pedes habentem
mitti in ignem aeternum
Si oculus tuus scandalizat te
erue eum & proice abs te bo
num est tibi unum oculum habere
in regnum dei quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis ·

Videte ne condempnatis unum de pus
sillis istis qui credunt in me dico enim
uobis qui angeli eorum in caelis sem
per uident faciem patreis mei qui in
caelis est. Uenite enim filius hominis
saluare quod perierat.

Quid uobis uidetur si fuerint alicui
homini centum oues et erraverit
et una ex eis nonne relinquet non
agent a nouem in montibus et uadet
querere eam quae erraverat. Et
si contigerit ut inueniat eam amen
dico uobis quia gaudebit super eam
magis quam super nonagenta noues
quae non erraverunt sic non est uolun
tas ante patrem uestrum qui in caelis
est ut pereat unus de pussillis istis.

Si autem peccauerit in te frater tuus
uade et argue eum inter te et ipsum solum si te audierit lucratus
es fratrem tuum
Si autem non te audierit adhuc ad
hibe tecum unum uel duos ut in
ore duorum uel trium testium stet om
ne uerbum quod si non audierit eos
dic ecclesiae si autem ecclesiam
non audierit sit tibi sicut gentilis et
publicanus
Amen dico uobis quaecumque alli
gaueritis super terram erunt ligata
in caelis et quaecumque solueri
tis super terram erunt soluta
in caelis Iterum dico
Amen dico uobis quia si conuene

duo ex uobis super terram de omni re q:
cumque petierint a patre meo qui in
caelis est fiet cum illis. Ubi enim
sunt duo uel tres congregati in nomi
ne meo ibi et ego sum in medio eorum
Tunc accedens petrus ad eum dixit
dne quoniam si peccauerit in me
frater meus quoties dimitta mei us
que in septies. Dicit illi ihs non dico
tibi usque septies sed usque septua
gies et septies
Ideo ad similatum est regnum ce
lorum homini regi qui uoluit ra
tionem ponere cum seruis suis
et cum coepisset rationem po
nere oblatus est ei unus qui debe
bat decim milia talenta cum autem

nonhabere unde redderet iussit eum
dominus uenundari & uxorem eius
& filios & omnia quae habebat & red
di debitum procedens autem seruus
ille rogabat eum dicens patientiam
habe in me domine & omnia reddam
tibi. Misertus autem dominus illi serui
dimisit eum & debitum remisit ei.
Egressus autem seruus ille inuenit
unum de conseruis suis qui debe
bat ei centum denarios & tenens
suffocabat eum dicens redde quic
quid debes & procedens conseruus
eius rogabat eum dicens patien
tiam habe in me & omnia reddam
tibi. Ille autem noluit sed habiit mi
sit eum in carcerem donec reddat

debitum. Uidentes autem conserui eius
quae fiebant contristati sunt ualde
Et uenerunt Et narrantes domino suo
omnia quae facta fuerant :.

Tunc uocauit illum dns eius Et ait illi
serue nequam omne debitum dimisi
tibi quoniam rogasti me nonergo oportuit
Et te missereri conseruo tuo si
cut Et ego tui misertus sum. Et ira
tus dns eius tradidit eum turtoribus
quoadusque redderet uniuersum
debitum sic Et pater meus celestis
facie uobis si non remisseritis unus
quisque fratri suo de cordibus uestris

Et factum est cum summas
sc ihs sermones hos tran
tulit se a galilea Et uenit in fines

iudeae transiordanem et secuta
sunt eum turbae multae et curabat
eos ibi. Et accesserunt ad eum pha
risaei temptantes eum et dicentes si li
cet homini dimittere uxorem suam
quacumque ex causa qui respondit
et ait illis. Non legistis quia qui fe
cit ab initio masculum et feminam
fecit eos et dixit propter hoc dimit
tet homo patrem et matrem et ad
herebit uxori suae et erunt duo in
carne una. Itaque non sunt duo
sed una caro quod ergo deus coniunc
xit homo non separet. Dicit illi
quid ergo moyses mandauit dare
illi libellum repudii et dimittere
uxorem. Ait illis quoniam moyses

ad duritiam cordis uestri permissit
uobis dimittere uxores uestras ab ini
tio autem non sic fuit :·
Dico autem uobis quia quicumq:
dimisserit uxorem suam nisi
ob causam fornicationis et aliam
duxerit amarito mecheatur et qui
dimisam duxerit mechatur · Dicunt
ei discipuli eius si. ita est causa ho
mini cum muliere non expedit nube
re quidixit non omnes capiunt
uerbum istud sed quib: datum est ·
Sunt enim iunuchi quidem a tris ute
ro sic natisunt :· Et sunt eunu
chi qui facti sunt ab hominibus · Et
sunt eunuchi qui se ipsos eunucha
uerunt propter regnum caelorum

qui potest capere capiat

Tunc oblati sunt ei paruuli ut ma
nus eis imponeret et oraret dis
cipuli autem increpabant eos ::

Ihs uero ait eis sinite paruulos ueni
re ad me et nolite prohibere eos · Ta
lium enim est regnum caelorum · Et cum
impossuisset eis manus abiit inde ::

Ecce unus accedens ait illi
magister bone quid boni fa
ciam ut habeam uitam aeternam qui
dixit ei quid me interrogas de bono
unus est bonus dns · Si autem uis ad
uitam uenire serua mandata dicit
ille quae ihs autem dixit non homi
cidium facies non adulterabis non
facies furtum · non falsum testimo

num dices honora patrem & matrem
& diliges proximum tuum sicut te
ipsum · Dicit illi adolescens omnia
hæc custodiui quid adhuc mihi deest
Ait illi ihs si uis perfectus esse uade
& uende omnia quæ habes
& da pauperib: & habis thesaurum
in celo & ueni sequere me ·
Audiens autem adolescens
uerbum hoc abiit tristis · Erat
autem habens multas possesiones
Ihs autem discipulis suis dixit a
men dico uobis quia dificile est di
uitem intrare in regnum celorum
Iterum autem dico uobis facilius
est enim camelum per foramen a
cus transire, quam diuitem intrare

inregnum celorum :

Audientes autem discipuli mirabantur ualde dicentes quis ergo potest saluus esse aspiciens autem ihs dixit eis apud homines hoc impossibile est apud deum autem omnia possibilia sunt · Tunc respondit petrus dixit ei ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis

Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et uos super sedes xii iudicantes xii tribus israhel :

Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut

patrem aut matrem aut uxorem aut
filios aut agros propterme et prop
ter euangelium centuplum accipie et
uitam aeternam possidebit :

Ubi autem erunt primi nouissimi
et nouissimi primi :

TH. XX. Simile est regnum caelorum homi
ni patri familias qui exiit primo
mane conducere operarios in uineam
suam conuentione autem facta cum
operaris ex dinario diurno missit eos
in uineam suam et egressus circa horam
tertiam uidit alios otiosus in foro
stantes et illis dixit et uos ite in uine
am meam et quod iustum fuerit da
bo uobis illi autem abierunt Ite
rum autem exiit circa sextam

Et horam nonam et fecit similiter circa
undecimam uero exiit. Et inuenit
alios stantes et dicit illis. quid hic
statis tota die otiosi dicunt ei quia
nemo nos conduxit dicit illis ite et
uos inuineam meam. Cum autem
sero factum esset dicit dominus ui
nae procuratori suo uoca operarios
et redde illis mercedem incipiens a
nouissimis usque ad primos cum
uenissent autem qui circa undecimam
horam uenerant acceperunt singu
los denarios. Uenientes autem et
primi arbitrati sunt quod plus es
sent accepturi. Acceperunt autem
et ipsi singulos denarios et accipi
entes murmurabant aduersus

patrem familias dicentes hi nouis
simi una hora fecerunt & pares
illos nobis fecisti · qui portauimus
pondus diei & estum : At ille res
pondens uni eorum dixit amice
non facio tibi iniuriam nonne ex
denario conuenisti mecum · Tolle
quod tuum est & uade uolo autem
& huic nouissimo dare sicut &
tibi an non licet mihi quod meum
est quod uolo facere an oculus
tuus nequam est quia ego bo
nus sum · Sic erunt nouissimi pri
mi & primi nouissimi · Multi enim
sunt uocati pauci uero electi :

Ascendens ihs hierusolymam assumpsit duode

apulos suos secreto · Quallus ec
ce ascendimus hierusolimam
et filius hominis tradetur prin
cipibus sacerdotum et scribis et
condemnabunt eum morte et tra
dent eum gentibus ad deludendum
et flagellandum et crucifigendum
et tertia die resurget

Et accessit ad eum mater filio
rum zebedei cum filiis suis ado
rans et petens aliquid ab eo qui
dixit ei quid uis · Ait illi dicit sede
ant hi duo filii mei unus ad dexte
ram tuam et unus ad sinistram
in regno tuo · Respondens autem
ihs dixit illis nescitis quid petatis
potestis calicem bibere quem

ego bibiturus sum dicunt ei possumus.
Ut illis ihs calicem quidem
meum bibetis. Sedere autem ad
dexteram meam aut ad sinistram
non est meum dare uobis. Sed qui
quibus paratum est a patre meo.
Audientes illi x. indignati
sunt de duobus fratrib:
Hs autem uocauit eos ad se
Et ait scitis quia principes gentium
dominantur eorum Et qui maiores
sunt potestatem exercent in eos
Non ita erit inter uos sed quicumq:
uoluerit inter uos maior fieri sit
uester minister Et qui uoluerit in
ter uos primus esse erit uester
seruus



Sicut filius hominis non uenit minis
trari sed ministrare et dare
animam suam redemptionem
pro multis



Et egredientibus eis a bericho
secuta est eum turba multa
et ecce duo caeci sedentes secus uiam
audierunt quia ihs transire clama
uerunt dicentes dne misserere nobis
fili dauid turba autem increpabat
eos ut tacerent ad illi magis clama
bant dicentes dne miserere nostri
fili dauid et stetit ihs et uocauit
eos ad se et ait quid uultis ut faci
em uobis dicunt illi dne ut aperian
tur oculi nostri Misertus au
tem eis ihs tetigit oculos eorum

Et confestim uiderunt et secuti sunt eum.

LXXI Cum ad propinquasset hie-
rusolimis et uenissent in
beth fage ad montem oliueti

Tunc ihs missit duos discipulos
dicens eis ite in castellum quod con
tra uos est. Et statim inuenietis as
sinam alligatam et pullum cum ea
solueste et adducite mihi. Et si
quis uobis aliquid dixerit dicite
quia dns his opus habet et confestim
dimittet eos.

Hoc autem factum est ut adim
pleretur quod dictum est
per aeseiam profeta dicentem dici
te filiae sion ecce rex tuus uenit
tibi mansuetus et sedens super

assinam et pullum subiugalis

Euntes autem discipuli fecerunt
sicut praecipit illis ihs et ad
duxerunt assinam et pullum et
inposuerunt super eum uestimen
ta sua et eum desuper sedere fe
cerunt. Plurimae autem turbae
strauerunt uestimenta sua in uia.
Alii autem cedebant ramos de
arboribus et sternebant in uia
Turbae autem quae praecidebant
et quae sequaebantur
clamabant dicentes osanna filii
dauid benedictus qui uenit in nomi
ne dni. Ossanna in excelsis.
Et cum intrasset hierusolimam
commota est uniuersa

ciuiuitas dicens quis est hic populi au
tem dicebant hic est ihs profeta ana
zareth galileae

Intrauit ihs in templum dī
et eiciebant omnes uendien
tes et ementes in templo et mensas
nummularium orum et cathedras
uendentium columbas euertit dicens
eis scriptum est domus mea domus
orationis uocabitur uos autem fecis
tis eam speloncam latronum

Accesserunt ad eum caeci et
clodi in templo et sanauit eos
Uidentes autem pharissaei et
scribae mirabilia quae fecit
ihs. et pueros clamantes in templo
ossanna filii dauid indignati sunt

et dixerunt ei audis quid isti dicunt.
Ihs autem dixit eis utique non le-
gistis quia ex ore infantium et lac-
tantium perfecti laudem.
Et relictis illis abiit foras ex-
tra ciuitatem in bethaniam
ibique mansit. Mane autem
reuertens in ciuitatem esurit. Et ui-
dit fici arborem unam secus uiam
uenit ad eam et nihil inuenit in
ea nisi foliatantum. Et ait illi
numquam ex te fructus nascatur
in sempeternum et arida facta est
continuo ficulnea. Et uidentes dis-
cipuli miratisunt dicentes quomo-
do continuo aruit ficulnea.
Respondens autem ihs ait eis

amen dico uobis si habueritis fidem
et non hesitaueritis non solum de
fici arbore facietis sed et si monti huic
dixeritis tollere et mittere in mare fia-

t omnia quaecumque petieri
tis in oratione credentes
accipietis

Et cum uenisset in templum
accesserunt ad eum docen
tem principes sacerdotum et seni
ores populi dicentes in qua potesta
te haec facis et quis tibi dedit ha
nc potestatem Respondens
ihs dixit eis interrogabo uos et ego
unum sermonem quem si dixeritis
mihi et ego uobis dicam in qua pote
state haec facio Baptismum

iohannis unde erat e caelo an ex homi
nibus at illi cogitabant intra se di
centes. Si dixerimus e caelo dicet no
bis quare uos non credidistis ei :·
Si dixerimus ex hominibus timemus
turbam. Omnes enim habebant
iohannem sicut profetam et respon
dentes ei dixerunt nescimus ait illis
et ipse nec ego dico uobis in qua po
testate haec facio :·
Quid autem uidetur uobis homo
quidam habebat duos filios
et accidens ad primum dixit
fili uade hodie operare in uineam
meam. Ille autem respondens ait
nolo: Postea autem paenitentia
motus abit in uineam suam. Ac

cedens autem ad alterum dixit illis
similiter ac ille respondens ait eo
dñe Et non iuit quis ex duobus facit
uoluntatem patris. Dicunt primus
ei nouissimus. Ait illis ihs amen
dico uobis quia publicani et mere-
trices praecedent uos in regno dī.
Uenit enim iohannis ad uos in uia
iustitiae et non credidistis ei. Pu
plicani autem et meretrices cred
derunt ei. Uos autem uidentes nec
penitentiam habuistis ut post ea
credersetis ei.

Aliam parabulam audite ho
mo erat pater familias qui
plantauit uineam et septem
circumdedit ei. Et fodit in eatur

culum. & aedificauit turrem &
locauit eum agricolis & peregre
profectus est. Cum autem tempus
fructuum adpropinquasset misit
seruos suos ad agricolas ut acci-
perent fructus eius & agricolae ue-
hementer adprehensis seruis eius.
Alium ceciderunt alium occide-
runt. alius uero lapidabant. Ite-
rum misit alios seruos plures
prioribus & fecerunt illis similiter.
Nouissime autem misit ad eos
filium suum dicens reuerebuntur
filium meum. Agricolae autem
uidentes filium dixerunt in-
trase. hic est heres uenite occi-
damus eum & habebimus hereditatem

tatem eius et ad praechensum eum
eicerunt extra uineam et occiderunt
eum. Cum ergo uenerit dns uinea
quid facies agricolis illis. Dicunt
illi malos male perdes et uineam
locabit aliis agricolis qui reddant
ei fructum temporibus suis. Dicit
illis ihs numquam legistis inscrip
turis. Lapidem quem reprobaue
runt aedificantes hic factus est
in caput anguli. A dno factus est
istud hoc est mirabile in oculis nostris.
Ideo dico uobis quia auferetur a uo
bis regnum dei et dabitur genti faci
enti fructum eius. Et qui ceciderit
super lapidem istum confringetur
super quem uero ceciderit conteret eum.

Cumaudissent principes
sacerdotum & pharisaei
parabulas eius cognouerunt quod
de ipsis diceret & quaerentes eum tene-
re timuerunt turbas quia sicut pro
phetam eum habebant

Respondens ihs dixit iterum
in parabulis dicens
Simile est regnum caelorum homi
ni regi qui fecit nuptias filio suo
& misit seruos suos vocare invita
tos ad nuptias & nolebant uenire
Iterum misit alios seruos dicens
dicite invitatis Ecce prandium meum
paraui tauri mei & altilia occisa
sunt & omnia parata sunt uenite
ad nuptias Illi autem neglexerunt

Et abierunt alii in villam suam. Alii
uero ad negotiationem suam. Reli
qui uero tenuerunt seruos eius et
contumelia adflictos occiderunt
Rex autem cum audisset iratus
est et misit exercitum suum et per
didit homicidas illos et ciuitatem
illorum succendit. Tunc ait ser
uis suis nuptiae quidem paratae
sunt sed qui inuitati erant non su
nt digni. Ite ergo ad exitus uiarum
quoscumque inueniretis uocate
ad nuptias et egressi serui eius
in uias congregauerunt omnes
quotquot inuenerunt malos et
bonos et impletae sunt nuptiae
discumbentium

Intrauit autem rex ut uidere
discumbentes et uidit ibi homi
nem non uestitum ueste nuptiali et
ait illi amice quomodo huc intras
ti non habens uestem nuptialem
at ille obmutuit. Tunc dixit rex
ministris ligatis pedibus et manib;
et mitte te eum in tenebras exteri
ores ibi erit fletus et stridor dentium
multi autem sunt uocati pauci uero
electi.

Tunc abeuntes pharissaei con
silium fecerunt ut caperent
eum in sermone et mittunt ei dis
cipulos suos cum herodianis dicen
tes. Magister scimus quia uerax es
et uiam dei in ueritate doces et non

est tibi cura de aliquo non enim respi
cis personas hominum dic ergo nobis
quid tibi uidetur licet censum dare
cessari aut non : Cognita autem
ihs nequitiae eorum ait quid me temp
tatis hypuchritae ostendite mihi
nummis macensus ait illi obtulerun
t ei denarium Et ait illis ihs cuius
est imago haec et super scriptio di
cunt ei cessaris : Tunc ait illis ihs
reddete ergo quae sunt cessaris ces
sari et quae sunt dei deo : Et audi
entes mirati sunt et relicto eo abi
erunt : Pillachie accesseru
nt saducaei ad eum qui dicunt non
esse resurrectionem Et interroga
uerunt eum dicentes magister

moyses dixit si quis mortuus fuerit
non habens filium ut ducat frater
eius uxorem illius et suscitet se-
men fratri suo. Erant autem apud
nos septem fratres et primus ux-
ore ducta defunctus est et non
habens semen reliquit uxorem
suam fratri suo. Similiter secun-
dus et tertius usque ad septimum
nouissima autem omnium et mu-
lier defuncta est. In resurrectio-
ne ergo cuius erit de septem uxor
omnes enim habuerunt eam.
Respondens Ihs ait illis erratis
nescientes scripturas neque
uirtutem dei in resurrectione enim

neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo · De resurrectione mortuorum autem non legistis quod dictum est ab deo dicente vobis · Ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob non est deus mortuorum sed uiuentium · Et audientes turbe admirabantur in doctrina eius



Pharisei autem cum audissent quia compescuisset sadducaeis silentium conuenerunt in unum et interrogauit unus eorum legis doctor temptans eum magister quod est mandatum magnum in lege

in lege ait illi ihs. Diliges dominum
tuum ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et in tota mente tua.
Hoc est maximum et primum
mandatum. Secundum autem
simile est huic. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. In his duobus
mandatis universa lex pendet
et profetae
Congregatis autem pharisseis in
terrogauit eos ihs dicens quid
uobis uidetur de xpo cuius filius est.
Dicunt ei dauid ait illis ihs quomo
do ergo dauid in spu uocat eum
dn̄m in dicentis
Dixit dn̄s dn̄o meo sede ad dextris
meis meis donec ponam inimicos

tuos scabellum pedum tuorum

Ergo dauid in spu uocat eum
dnm quomodo filius eius est
Et nemo poterat respondere
ei uerbum neq: ausus fuit quis
quam interrogare eum amplius
ex illa. hora

Hic ihs locutus est ad turbas et
ad discipulos suos dicens super
cathedram moysi sederunt scribe
et pharissei omnia ergo quecumque
dixerint uobis seruate et facite se
et prohibuimus eum quia non sequi
tur nobiscum et ait illum ihesus
te eum et nolite prohibere. Qui enim
non est aduersum uos pro uobis est.
Factum est autem cum complerentur
dies assumptionis eius et ipse

Et ipse faciem suam firmauit ut ire
in hierusalem et misit nuntios ante
conspectum suum et euntes intrauerun
t in ciuitatem samaritanorum ut pa
rarent illi cenam et non receperunt
eum quia facies eius erat euntes in hi
erusalem cum uidissent autem disci
puli eius iacobus et iohannis dixerunt
domine uis dicimus ut ignis discendat de
caelo et consumat illos. Et con
uersus increpauit illos et abierunt
in aliud castellum. Actum est au
tem ambulantibus illis in uia dixit
quidam ad illum sequarte quocumq:
ieris et ait illi ihs uulpes foueas ha
bent et uolucres caeli nidos ubi re
quiescent filius autem hominis non

habe ubi caput reclinet :· Ut
autem ad alterum sequere me ille h
dixit dne permitte mihi primum ire
et sepelire patrem meum dixit que ei
ihs sine ut mortui sepelient mortuos
suos tu autem uade adnuntiare regnum
dei · Et ait alter sequarte dne sed
primum permitte mihi renuntiare his
qui in domi sunt ait ad illum ihs nemo
mittens manum suam in aratrum et
aspiciens retro aptus est regno dei :·
Post haec autem designauit dns
et alios septuaginta duos et misit
illos binos ante faciem suam in omnem
ciuitatem et locum quo erat ipse uen
turus et dicebat illis :· Atten
Messis quidem multa operari au

para rogate ergo dñm messis ut mittat
operarios in messem suam · Ite ecce
ego mitto uos sicut agnos inter lupos
Nolite portare sacculum neque pe-
ram neque calciamenta & neminem
per uiam salutaueritis · In quacum
que domum intraueritis primum dici
te pax huic domui & si ibi fuerit fi
lius pacis requiescat super illum pax
uestra sin autem ad uos reuertatur ·
In eadem autem domo manete ede
entes & bibentes quae apud illos
sunt dignus enim est operarius mer
cede sua · Nolite transire de domo in
domum · In quamcumque ciuitat
em intraueritis & susceperint uos
manducate quae apponuntur uobis

et curate infirmos qui in illa sunt et
dicite illis adpropinquauit in uos reg
num dei. In quam cumque autem ciui
tatem intrauerit et non receperint
uos exeuntes in plateas eius dicite eti
am puluerem qui adhaesit in nobis
de ciuitate uestra in pedibus extergimus
in uos tamen hoc scitote quia adpro
pinquauit regnum dei. Dico autem
uobis quia sodomis in die illa remisi
us erit quam illi ciuitati. Uae tibi
corozain. Uae tibi bethsaida quia si
in tero et sidone factae fuissent uir
tutes quae in uobis factae sunt olim
in cilicio et cynere sedentes egissent
paenitentiam ueruintamen tero et
sidoni remissius erit in iudicio quam

uobis et tu cafarnaum numquid usq:
in caelum exalta es usque ad infernum
demergiris. Qui uos audit me au
dit et qui uos spernit me spernit
qui autem me spernit spernit eum
qui me misit. Reuersi sunt autem
septuaginta duo cum gaudio dicen
tes dn̄e etiam demonia subiciuntur
nobis in nomine tuo et ait illis uide
bam satanam sicut fulgor de caelo
cadentem. Ecce dedi uobis potesta
tem calcandi super serpentes et sco
piones et super omnem uirtutem ini
mici et nihil uos nocebit. Uerum
tamen in hoc nolite gaudere quia
sp̄s uobis subiciuntur. Gaudete au
tem quod nomina uestra scripta su
nt

in caelis. Ipsa hora exultauit ihs
in spu sco et dixit confiteor tibi pater
dne caeli et terrae quod abscondisti
haec a sapientibus et prudentibus et
reuelasti ea paruulis etiam pater quia
sic placuit ante te. Omnia mihi
tradita sunt a patre meo et nemo scit
qui sit filius dei nisi pater et qui sit
pater nisi filius et cui uoluerit filius
reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit beati oculi qui uident
quae uidetis dico enim uobis quod multi
prophetae et iusti uoluerunt uidere
quae uos uidetis non uiderunt et au
dire quae auditis et non audierunt.
Et ecce quidam legis peritus sur
rexit temptans illum et dicens magis

ter quid faciendo uitam æternam po
sidebo alle dixit ad eum in lege quid
scriptum est quomodo legis ille res
pondens dixit. Diliges dñm dm
tuum ex toto corde tuo & ex tota ani
ma tua. & ex omnibus uiribus tuis &
ex omni mente tua. & proximum
tuum sicut teipsum dixit ei ihs
recte respondisti hoc fac & uives.
Ille autem uolens iustificare seipsm
dixit ad ihm & quis est meus proximus
Suscipiens autem ihs dixit. homo quí
dam descendebat ab hierusalem in
hiericho & incidit in latrones qui &
despoliauerunt eum & plagis impo
sitis abierunt semi uiuo relicto acci
dit autem ut sacerdos quidam dis

cendere eadem uia et uiso illo praste-
riuit similiter et leuita cum esse se-
cus locum et uidere eum pertransiuit

Sa maritanus autem quidam iter
faciens uenit secus eum et uidens mi
sericordia motus est et ad propians
alligauit uulnera eius infundens
oleum et uinum et imponens illum
iumentum suum et duxit ad stabu
lum et curam eius egit et altera die
protulit duos denarios et dedit
stabulario et ait curam illius habe
et quod cumque super erogaueris
ego cum rediero redoam tibi quis
horum trium uidetur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latrones
at ille dixit qui fecit misericordiam

in illum et ait illi ihs uade et tu fac simi
liter ∴ Factum est autem dum ire
et ipse intrauit in quodam castellum
et mulier quaedam martha nomine
excepit illum in domum suam et huic
erat soror nomine maria quae
etiam sedens secus pedes dni audie
bat uerbum illius martha autem
satagebat circa frequens minis
terium in qua estitit et ait dne non est
tibi cura quod soror mea reliquit
me solam ministrare dicergo illi ut
me adiuuet et respondens dixit illi
dns martha martha sollicita es et tur
baris circa plurima porro unum sit
necessarium maria autem optimam
partem elegit quae non auferetur a
bea

lucas XI

Et factum est cum esse in loco quo
dam orans ut cessauit dixit unus
ex discipulis eius ad eum domine doce nos
orare sicut Iohannis docuit disci
pulos suos Et ait illis cum oratis dicite
Pater noster qui es in caelis scifi
cetur nomen tuum Adueniat
regnum tuum Fiat uoluntas tua
sicut in caelo et in terra Panem
nostrum cotidianum da nobis hodie
Et dimitte nobis debita nostra si
quidem et ipsi dimittimus omni de
benti nobis Et ne nos inducas in tem
ptationem Sed libera nos a malo
Et ait ad illos qui sue fratrum ha
be amicum et ibit ad illum
media nocte et dicit illi amice commo

modo mihi tres panes quoniam amicus
meus uenit de uia ad me & non habeo
quod ponam ante illum & ille deus
intus respondens dicat noli mihi mo
lestus esse iam hostium clausum est
& pueri mei mecum sunt in cubilia
non possum surgere dare tibi &
ille si perseuerauerit pulsans am
dico uobis & si non dabit illi sur
gens eo quod amicus eius sit prop
ter improbitatem tamen eius surget
& dabit illi quot quot habet ne
cessarios. & ego uobis dico petite
& dabitur uobis querite & inue
nietis pulsate & aperietur uobis om
nis enim qui petit accipit & qui que
rit inuenit & pulsanti aperietur:

Quis autem ex uobis patrem petit
panem filius eius numquid lapidem
dabit illi aut piscem petierit numquid
pro pisce serpentem dabit illi aut
si petierit ouum numquid porrigit
illi scorpionem Siergo uos cum sitis
mali nostis bona dare filiis uestris
quanto magis pater uester de caelo
dabit spm bonum petentibus se
Erat iaciens demonium et ille
erat mutum et cum iecisset de
monium locutus est mutus et admi
rata sunt turbae Quidam hi
ex fariseis dixerunt in beelzebul
principem demoniorum iecit demon
Et ab ipsis temptantes signum de
caelo quaerebant a beo

Ipse autem uidit cogitationes eorum
dixit eis omne regnum in se ipsum di-
uisum desolabitur et domus supra
domum cadet. Si autem satanas sa-
tan iecit in se ipsum diuisus est quo-
modo stabit regnum ipsius qui adici-
tis in beel zebul principe demonio-
rum iecere me demonia si autem ego
in beel zebul eicio demonia filii uestri
in quo eiciunt ideo ipsi iudices erunt
uestri porro si in digito dei eicio demo-
nia profecto preuenit in uos regnum
dei. Cum fortis armatus custodiat
atrium suum in pace sunt ea quae
possidet si autem fortior illo su-
perueniens uicerit eum uniuersa
arma eius aufere in quibus confi-

debat et spolia eius distribuet qui non
est mecum aduersum me est et qui
non colligit mecum s dispersit.
Cum immundus sps exierit de homi
ne perambulat per loca inaquosa
quaeriens requiem et non inueniens
dicit reuertar in domum meam unde
exiui et cum uenerit inuenit eam ua
cantem scopis mandatam et tunc
uadit et adusumit septem alios
sps nequiores se et ingresi habita
bunt ibi et sunt nouissima homi
nis illius peiora prioribus. Factum
est autem cum haec dicere extollens
uocem quaedam mulier de turba
dixit illi beatus uenter qui te portauit
et ubera quae sunt exsiccata ille

dixit immo beati qui audiunt verbum
dei & custodiunt. Turbis autem cur-
rentibus coepit dicere. Generatio
haec generatio nequam est signum
quaerit & signum non dabitur illi
nisi signum ionae. Nam sicut ionas
fuit signum ninivitis ita erit & fi-
lius hominis generationi huic. Regina
austri surget in iudicio cum viris gene-
rationis huius & condemnabit illos
quia venit a finibus terrae audire
sapientiam salomonis. & ecce plus
salomone hic. Viri ninivitae surgent
in iudicio cum generatione hac &
condemnabunt illam quia poenitentiam
egerunt ad praedicationem
ionae. plus & ecce ionae hic

Nemo lucernam accendit et in ab
sconso ponit neque sub modio sed
supra candellabrum ut qui ingredi
untur lumen uideant. Lucerna
corporis tui est oculus tuus si oculus
tuus fuerit simplex totum corpus
tuum lucidum erit si autem nequam
fuerit etiam corpus tuum tenebrosum
erit uide ergo ne lumen quod in te est
tenebrae sint si ergo corpus tuum
totum lucidum fuerit non habens
aliquam partem tenebrarum erit
lucidum tuum et sicut lucerna fulgo
ris inluminabit te. Et cum loq:
retur rogauit illum quidam fari se
us ut prandere apud se et ingressus
recubuit fariseus autem coepit in

tra se reputans dicere quare non bap-
tizatus esse ante prandium et ait dns
ad illum nunc uos farisaei uos prius
quod foris est calicis et cateni munda-
tis quod autem intus est uestrum ple-
num est rapina et iniquitate stulti non
ne qui fecit quod de foris est etiam
id quod intus est fecit uerum tamen
quod super est date elimosinam · Et
ecce omnia munda sunt uobis ·
Sed uae uobis farisei qui decimatis
mentam et rutam et omne holus
et prasteritis iudicium et caritatem
dei · haec autem oportuit facere et
illa non omittere · Ue uobis fari-
saei qui dilegitis primas cathedras
in sinagogis et salutationes in foro ::

Uae uobis scribae et fariseі chipocri
tae quia estis in monumenta quae non pa
rent et homines ambulantes supra illa
nesciunt. Respondens autem quidam
ex legis peritis ait illi magister haec di
cens etiam nobis contumeliam facis at
ille ait et uobis legis peritis uae quia
honeratis homines honerib: quae porta
ri non possint et ipsi uno digito uestro
non tangitis sarcinas ipsas. Uae
uobis quia aedificatis monumenta pro
fetarum patres autem uestri occide
runt illos profecto testificamini qui
consentitis operibus patrum uestrorum
quoniam quidem ipsi eos occiderunt
uos autem aedificatis eorum sepul
chra. Propter ea et sapientia

oi dixit mittam ad illos profetas et a
postolos et ex illis occident et persegu
entur. ut inquiratur sanguis omnium
profetarum qui effusus est a constitu
tione mundi a generatione ista a san
guine abel iusti usque ad sanguinem zac
chariae qui periit inter altare et te
dem ita dico uobis requiretur ab hac
generatione. Uae uobis legis peri
tis qui abstulistis clauem scientiae
ipsi non introistis et eos qui intrabunt
prohibuistis. Cum haec ad illos di
cere caeperunt farisaei et legis
periti grauiter insistere et os eius
obprimere de multis insidiantes ei
et quaerentes capere aliquid ex ore
eius ut accussarent eum multis autem

lucas

turbis circumstantib: ita ut se inuicem
conculcarent coepit dicere ad discipu
los suos · Attendite a fermento
farisaeorum quae est hippocrisis ·

Nihil autem opertum est quod non re-
ueletur neque absconditum quod
non sciatur quoniam quidem quae in te-
nebris audistis in lumine dicentur Et
quod in aurem audistis et locuti estis
in cubiculis praedicabitur in tectis ·

Dico autem uobis amicis meis ne ter
rae amini ab his qui occidunt corpus
et post haec non habent amplius quid
faciant ostendam uobis quem timeatis
timite eum qui post quam occiderit
habet potestatem mittere in gehennam
ita dico uobis hunc timite nonne quin
q:

omnia quaecumque sunt mihi & bona mea
dicam animae meae anima habes
multa bona posita in annos plu
mos requiesce comede bibe epu
lare :: Dixit autem illi deus fatue
hac nocte animam tuam reposcu
nt te quae autem parasti cuius eru
nt sic est qui sibi thesaurizat & non
est in deum dites :: Dixit autem ad
discipulos suos Ideo dico uobis non
te solliciti esse animae uestrae
quid manducetis neque corpori qui
uestimenti nonne anima plus est
quam esca & corpus quam uestimen
tum :: Considerate coruos quia
non seminant neque metunt quibus
non est cellarium neque horreum

Et ds pascit illos quanto magis uos plu
res estis illis quis autem uestrum cogi
tando potest adicere ad staturam su
am cubitum unum si ergo neque quod
minimum est potestis quid de ceteris
solliciti estis considerate lilea agri
quomodo crescunt non laborant
non neunt dico autem uobis nec sala
mon in omni gloria sua uestiebatur
sicut unum ex istis si autem fenum
quod hodie in agro est et cras in cli
banum mittitur ds sic uestit quanto
magis uos pussillae fidei et uos no
lite querere quid manducetis aut
quid bibatis et nolite in sublimae
extolli haec enim omnia gentes mun
di querunt pater autem uester scit

quoniam his indigetis. Verum tamen
quaerite regnum dei et haec omnia a
dicientur vobis. Nolite timere pus
sillus grex quia complacuit patri
vestro dare vobis regnum.
Vendite quae possidetis et date
elimosynam. Facite vobis sac
culos qui non veterescunt thesaurum
non deficientem in caelis quo fur
non adpropiat neque tinea corrum
pit ubi enim thesaurus vester est
ibi et cor vestrum erit. Sint
lumbi vestri praecincti et lucernae
vestrae ardentes et vos similes ho
minibus exspectantibus dominum suum
quando revertatur a nuptis ut cum
venerit et pulsaverit confestim

aperiant ei ⁘ Beati sunt serui illi
quos cum uenerit dns inueniat uigilan
tes amen dico uobis quod praecinget se
& faciet illos discumbere & transi
ens ministrabit illis & si uenerit in
secunda uigilia & si in tertia uigilia
uenerit & ita inuenerit beati sunt
serui illi ⁘ Hoc autem scitote quod
si sciret pater familias qua hora
fur ueniret uigilaret utique & non
sineret perfodiri domum suam & uos
estote parati quia qua hora non pu
tatis filius hominis uenit ⁘ Ait
autem ei petrus dne ad nos dicis hanc
parabulam an & ad omnes dixit
ergo dns quis putas est fidelis dis
pensator & prudens quem constitu

tuit dns superfamiliam suam utde
illis in tempore tritici mensuram be
atus ille seruus quem cum uenerit
dns inuenie ita facientem uere dico
uobis quia super omnia quae possidet
constituet eum :· Quod si dixerit
seruus ille in corde suo moram
facit dns meus uenire et coeperit
percutere pueros et ancellas et ede
re et bibere et inebriari uenie dns
serui illius in die qua non sperat et
hora qua nescit et diuidet eum par
temque eius cum infidelibus pone·
Ille autem seruus qui cognouit uo
luntatem dni sui et non praepara
uit et non fecit secundum uoluntatem
tem eius uapulabit multa quibus

non cognouit et fecit contra uoluntatem
omnium sui digna plagis uapulabit
paucis. Omni autem cui multum
datum est multum queritur ab eo
et cui commendauerunt multum
plus petent ab eo. Ignem uenimi
tere in terram et quid uolo si accen
datur baptisma. Autem ab eo bap
tizari et quomodo coarcturus quoque
perficiatur. Putatis quia pacem
uenit dare in terram non dico uobis
sed separationem erunt enim ex hoc
quinque in domo una diuisi tres in
duos et duo in tres diuidentur. Pater
in filium et filius in patrem suum
mater in filiam et filia in matrem
socrus in nurum suam et nurus

in sacrum suam. Dicebat autem et
ad turbas cum videritis nubem ab o-
riente ab occasu statim dicitis imm-
bus venit et ita fit et cum austrum
flantem dicitis quia aestus erit et id
et fit hypocrite faciem terrae et celi
nostis probare hoc autem tempus qui
modo non probatis quid autem et a no-
bis ipsis non iudicatis quod iustum est.
Cum autem vadis cum adversario
tuo ad principem in via da operam
liberari ab illo ne forte gradat te
apud iudicem et iudex gradat te ex
actori et exactor mittat te in carce-
rem [illegible] ubi non eies inde
donec etiam novissimum minutum
reddas. Erant autem quidam lucas XIII

in ipso tempore nuntiantes illi de gali
laeis quorum sanguinem pylatus mis
cuit cum sacrificis eorum et respon
dens dixit illis putatis quod hii galilaei
praeomnibus galilaeis peccatores
fuerunt quia talia passi sunt non
dico uobis sed nisi poenitentiam ha
bueritis omnes similiter peribitis

Dixit illi decim et octo supra quos
cecidit turris in siloam et occidit eos
putatis quia et ipsi debitores fueru
nt praeter omnes homines habitan
tes in hierusalem non dico uobis sed
si non poenitentiam egeritis similiter
peribitis

Dicebat autem hanc similitudi
nem arborem fici habebat

quidam plantatam in uinea sua
Et uenit quaerens fructum in illa
Et non inuenit dixit autem ad cultorem
uinae ecce anni tres sunt ex quo
uenio querens fructum in ficulnia hic
Et non inuenio succede ergo illam
ut quid etiam terram occupat at
ille respondens dixit illi dne dimitte
illam et hoc anno usque dum fo
deam circa illam et mittam stercora
Et si quidem fecerit fructum sin au
tem in futurum succides eam
Erat autem docens in sinagoga
eorum sabbatis et ecce mulier q:
habebat spm infirmitatis annis de
cim et octo et erat inclinata nec om
nino poterat sursum respicere quae

cum uidera ihs uocauit eam adse &
ait illi mulier dimissa es ab infirmitate
tua & imposuit illi manus & con-
tinuo erecta est & glorificabat dm.
Respondens autem archisynagogus
indignans quia sabbatis curasset
ihs dicebat turbae quia sex dies sunt
in quib: oportet operari in his ergo ue-
nite & curamini & non die sabbati
respondit autem ad illum dns & dix
hypocrite unusquisque uestrum
sabbato non soluit bouem suum aut
asinum a praesepio & ducit adaqua
re. Haec autem filiam abrahae
quam alligauit satanas ecce decem
& octo annis non oportuit solui a uin
culo isto die sabbati cum haec

dicere erubescebant omnes aduersa
rii eius et omnis populus gaudebat
in uniuersis quae gloriose fiebant abeo
Ecebat ergo cui simile est regnum
dei. Et cui simile esse existimabo
illud simile est grano sinapis
quod acceptum homo misit in hortum
suum et creuit et factum est in arbo
rem magnam et uolucres caeli requi
erunt in ramis eius.
Iterum dixit cui simile existima
bo regnum dei. Simile est fer
mento quod acceptum mulier abscon
dit in farinae sata trea donec fer
menta reuirtotum.
Et bat perciuitates et castella
docens et iter faciens in hieru
salem

245

Ait autem illi quidam dñe si pauci su
quis aluantur ipse autem dixit ad illos
contendite intrare per angustam por
tam quia multi dico uobis querunt in
trare et non poterunt :

Cum autem intrauerit pater familias
et cluserit ostium et incipietis
foris stare et pulsare ostium dicentes
dñe aperi nobis et respondens dica
uobis nescio uos unde sitis recedite
a me omnes qui operamini iniquitatem :
Tunc incipietis dicere manducauimus
coram te et bibimus et in plateis nos
tris docuisti et dica uobis nescio uos
unde sitis discedite a me omnes ope
ramini iniquitatis ibi erit fletus et stri
dor dentium :

Cum autem uideritis

abraham & isaac & iacob & omnes
prophetas in regno dī vos autem expelli
foras & venient ab oriente & occidente
& aquilone & austro & accumbent
in regno dī.



Ecce sunt novissimi qui erunt
primi & sunt primi qui erunt
novissimi.



In ipsa die accesserunt quidam
ad eum pharisaeorum dicentes
illi exi & vade hinc quia herodis
vult te occidere & ait illis ite dicite
vulpi illi ecce ejicio daemonia & sanitates
perficio hodie & cras & tertia
die consummor verumtamen opor
tet me hodie & cras & sequenda am
bulare quia non capit prophetam

R

perire extra hierusalem

Herusalem hierusalem quae occidis profetas et lapidas eos qui mittuntur ad te quotiens volui congregare filios tuos quem admodum avis nidum suum sub pinnis et nolui ecce relinquitur vobis domus vestra deserta dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat cum dicetis benedictus qui venit in nomine dni :.

Factum est cum intrare in domum cuiusdam principis farisaeorum sabbato manducare panem et ipsi observabant eum et ecce homo quidam hedropicus erat ante illum :. Et respondens

ihs dixit ad legis peritos & pharisæos
dicens si licet sabbato curare aut
non illi autem tacuerunt ipse uero ad
prehensum hominem sanauit eum
ac dimisit & respondens ad illos
dixit cuius uestrum asinus aut bos
in puteum cadit & non continuo ex
trahit illum die sabbati & non po
terit ad hæc respondere illi
Dixit autem & ad inuitatos
parabulam intendens quo
modo primos discubitus eligerent di
cens ad illos cum inuitatus fueris
ad nuptias non discumbas in primo
loco ne forte honorabilior te sit
inuitatus abeo & ueniens qui te & illum
uocauit dicat tibi da huic locum &

tunc incipias cum robore nouissimum
locum tenere sed cum uocatus fueris
uade recumbe in nouissimo loco ut
cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi
amice ascende superius tunc erit tibi
gloria coram simul discumbentib:
Ia omnis quia se exaltat humilia
bitur et qui se humiliat exaltabitur
Cebat autem et ei qui se inuitaue
rat. Cum facis prandium aut
caenam noli uocare amicos tuos neq:
fratres tuos neque cognatos neque
uicinos diuites ne forte et ipsi tere
inuitent et fiat tibi retributio sed cum
facis conuiuium uoca pauperes de
biles claudos caecos et beatus eris
quia non habent retribuere tibi re

tribuetur enim tibi in resurrectione ius
torum. Hec cum audisset quidam
de simul discumbentibus dixit illi be-
atus qui manducabit panem in regno dei.
Ipse dixit ei homo quidam fecit
caenam magnam quo cauit mul
tos et misit seruum suum ad horam
caenae dicere inuitatis ut uenirent
quia iam parata sunt omnia. Et
caeperunt simul omnes excusare
primus dixit ei uillam emi et neces
se habeo exire et uidere illam rogo
te habe me excusatum. Et alter
dixit iuga bouum emi quinque et
eo probare illa et ideo uenire non
possum rogo te habe me excusatum
Et alius dixit uxorem duxi et ideo non

possum uenire et reuersus seruus nun
tiauit haec dno suo tunc iratus pater
familias dixit seruo suo exi cito in pla
teas et uicos ciuitatis et pauperes ac
debiles et caecos et clodos introduc
huc et ait seruus dne factum est ut
imperasti et adhuc locus uacat et
ait dns seruo exi et inuias et sepes et
conpelle intrare quoscumq: inueneris
ut impleatur domus mea: Dico autem
uobis quod nemo uirorum illorum
Qui uocati sunt gustabunt caenam
meam: Bant autem turbae multae
cum eo et cum uersus dixit ad illos
si quis uenit ad me et non odit patrem
suum et matrem et uxorem et filios et
fratres et sorores adhuc autem et ani

num suam non potest meus esse disa
pulus & qui non baiulat crucem suam
& uenit post me non potest meus esse
discipulus. Quis enim ex uobis uo
lens turrem edificare non prius
sedens computat sumptus qui ne ne
cessarii sunt si habeat ad perficiendum
ne forte cum posuerit fundamen
tum & non potuerit perficere omnes
qui uident incipiant illudere ei dicen
tes quia hic homo cepit aedificare &
non potuit consummare. Aut quis
rex iturus committere bellum ad ver
sus alium regem non sedens prius co
gitat si possit cum decem milib: oc
currere ei qui cum uiginti milibus
uenit ad uersum se. Alioquin adhuc

illo longe posito agente legationem mit
tens rogat ea quae pacis sunt.

Ergo omnis ex uobis qui non renunci
at omnibus quae possidet non pot
est meus esse discipulus.

Bonum est sal si autem sal quoque
euanuerit in quo condietur neque in
terram neque in ster qui linio utile est
sed foras mittitur qui habet aures au
diendi audiat

Erat autem ad propinquantes ei
publicani et peccatores ut audirent
illum et murmurabant fariseei et
scribae dicentes quia hic peccatores
recipit et manducat cum illis

Et ad illos parabulam istam di
cens quis ex uobis homo qui habet quin
tum

oues et si perdiderit unam ex illis nonne
dimitte nonaginta nouem in deserto et
uadit ad illam quae perierit donec
inueniat eam et cum inuenerit illam
inponit in umeros suos gaudens et ue-
niens domum cum uocat amicos et ui-
cinos suos dicens illis congratulamini
mihi quia inueni ouem meam quae peri-
erat dico autem uobis quod ita gaudi-
um erit in caelo super unum peccato-
rem paenitentiam habentem quam
super nonaginta nouem iustos qui
non indigent penitentiam ::

Aut quae mulier habens dragmas
decim si perdiderit dragmam
unam nonne accendit lucernam
et uertit domum suam et querit

diligenter donec inueniat & cum inuene-
rit conuocat amicos & uicinos dicens
congratulamini mihi quia inueni dra-
mam quam perdideram
Dico uobis gaudium erit coram
angelis dei super uno peccatore
penitentiam agente
Quidam homo quidam habuit
duos filios & dixit adolescen-
tior ex illis patri pater da mihi
portionem substantiae quae
me contingit & diuisit illis substan
tiam & non post multos dies congre
gans omnia adolescentior filius
peregre profectus est in regionem
longinquam & ibi dissipauit sub
stantiam suam uiuendo luxoriose

Et postquam omnia consummata es
se facta est famis ualida in regione
illa et ipse caepit egere et abiit et ad
haesit uni ciuium regionis illius et
misit illum in ullam suam ut pascere
porcos et cupiebat implere uen
trem suum de silicis quas porci mandu
cabant et nemo illi dabat Ne
autem conuersus dixit quantis mer
cennarii patris mei abundant panib:
ego autem hic fame pereo surgam et
ibo ad patrem meum et dicam illi pater
peccaui in caelum et coram te iam non
sum dignus uocari filius tuus fac me
sicut unum de mercennaris tuis et sur
gens uenit ad patrem suum cum autem
adhuc longe esse uidit illum pater

ipsius et misericordia motus est et ac
currens cecidit supra collum eius et
osculatus est illum. Dixit q: ei
filius pater peccaui in caelum et coram
te iam non sum dignus uocari filius tu
us fac me si cut unum de mercenna
ris tuis. Dixit autem pater ad ser
uos suos cito proferte stolam primam
et induite illum et date anulum in ma
num eius et calciamenta in pepes et ad
ducite uitulum saginatum et occidite
et manducemus et aepulemur quia
hic filius meus mortuus erat et re
uixit perierat et inuentus est et coe
perunt aepulari :. Erat autem fi
lius eius senior in agro et cum uenire
et ad propinquare domui audiuit

sefoniam et chorum et uocauit unum
de seruis et interrogauit quae haeces
sent isque dixit ei frater tuus uenit
et occidit pater tuus uitulum sagina
tum quia saluum illum recipit indig
natus est autem et nolebat introire
pater ergo illius egressus caepit rogare
illum at ille respondens dixit patri
suo ecce tot annis seruio tibi et num
quam mandatum tuum praeteriui
et numquam dedisti mihi edum ut
cum amicis meis epularer sed post
quam filius tuus hic qui deuorauit
substantiam tuam cum meretricib:
uenit occidisti illi uitulum saginatum
at ipse dixit illi fili tu semper me
cum fuisti et es et omnia mea tua sunt

epulari autem & gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit perierat & inuentus est

Debat autem & ad discipulos suos homo quidam erat diues qui habebat uilicum & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius & uocauit illum & ait illi quid hoc audio de te redde rationem uilicationis tue iam enim non poteris uilicare ait autem uilicus intra se quid faciam quia dominus meus aufert a me uilicationem fodere non ualeo mendicare erubesco sciо quid faciam ut cum amotus fuero a uilicatione recipiant me in domos suas & accersitis singu-

singulis debitoribus domini sui dicebat pri
mo quantum debes domino meo at ille dix
it centum bados olei dixitque ille acci
pe cautionem tuam et sede cito scribe
quinquagenta deinde alio dixit tu uero
quantum debes qui ait centum choros
tritici · At illi accipe literas tuas et
scribe octoginta et laudauit dominus ui
licum iniquitatis quia prudenter fe
cisse · Dixit autem ad discipulos suos
dico uobis quia filii huius saeculi pru
dentiores filiis lucis in generatione
sua sunt · Et ego dico uobis facite
uobis amicos de mammona iniquita
tis ut cum defeceritis recipiant uos
in aeterna tabernacula qui fidelis
est in minimo et in maiori fidelis est

Et qui in modico iniquus est et in maio
ri iniquus est si ergo in iniquo mamm
ne fideles non fuistis quod uestrum est
quis credet uobis et si in alieno fide
les non fuistis quod uestrum quis dabit uobis
Nemo seruus potest duobus do
minis seruire aut enim unum odio
et alterum diligo aut uni adherebit
et alterum contempnet non potestis deo seruire
et mammone
Audiebant haec omnia farisaei qui
erant auari et diridebant illum
et ait illis uos estis qui iustificatis
uos coram hominib: ds autem nouit
corda uestra quia quod hominib: al
tum est abominatio est ante dm:
Lex et profetae usque ad iohan
nem et ex eo regnum dei euangeli

zatur et omnis in illud uim facit.
Agilius est autem caelum et terras
praeterire quam de lege unum
apicem cadere.
Omnis qui dimittit uxorem suam
et ducit alteram mechatur et qui
dimissam a uiro ducit mechatur.
Homo quidam erat diues et in
duebatur purpura et bysso et
aepulabatur cotidie splendide et
erat quidam mendicus nomine la
zarus qui iacebat ad ianuam eius
ulceribus plenus cupiens saturari
de micis quae cadebant de mensa diui
tis sed et canes ueniebant et lingebant
ulcera eius. Factum est autem ut
moriretur mendicus lazarus

Et portaretur ab angelis in sinum
abrachae



Mortuus est et diues et sepul
tus est in inferno eleuans ocu
los suos cum esset in tormentis uide
bat abracham a longe et lazarum
in sinu eius et ipse clamans dixit
pater abracham miserere mei et
mitte lazarum ut intinguat extre
mum digiti sui in aqua ut refrigeret
linguam meam quia crucior in hac
flamma et dixit illi abracham fili
recordare quia recepisti bona in uita
tua et lazarus similiter mala
nunc autem hic consulatur tu uero
cruciaris et in his omnib: inter uos et
nos chaos magnum firmatum est



uchii qui uolunt hinc transire ad uos
non possunt neq: inde huc transmeare.
Ait rogo ergo te pater ut mittas
eum in domum patris mei ha
beo enim quinq: fratres ut testetur
illis ne ipsi ueniant in locum hunc
tormentorum. Ait illi abracham
habent moysen et profetas audiant
illos at ille dixit non pater abra
cham sed si quis ex mortuis ierit ad
eos paenitentiam agent ait autem
illi si moyses et profetas non audiunt
neque si quis ex mortuis resurrexerit
credent.
Ad discipulos suos ait impos Lvk. xv
sibile est ut non ueniant scanda Sub. 17
la. Ue autem illi per quem ueniunt



uolus est illi silapis molaris imponatur circa collum eius & proiectatur in mare quam ut scandalizet unum de



pusillis istis ::



Videte uobis si peccauerit in te frater tuus increpa illum & si penitentiam egerit dimitte illi

& si septies in die peccauerit in te & si septies in die conuersus fuerit ad te dicens penitet me dimittes illi

Et dixerunt apostoli ad dominum auge nobis fidem et ait dominus

Si habueritis fidem sicut granum sinapis diceretis huic arbori mori eradicare & transplantare in mare & oboediret uobis ::

Quis autem uestrum habet seruum

arantem autoues pascentem qui regres
so de agro dicit illi statim transire eum
be. Et non dicit ei para quod cenem
Et praecingere et ministra mihi donec
manducem et bibam et post haec tu mag
ducabis et bibes numquid gratiam ha
be seruo illi qui fecit quae sibi impe
rauerat non puto. Sic et uos cum fe
ceritis omnia quae praecepta sunt uo
bis. Dicite serui inutiles sumus quod
debuimus facere fecimus. Et fac
tum est dum ire in hierusalem tran
sibat per mediam samariam et ga
lileam et cum ingrederetur quod dam
castellum occurrerunt ei decimuiri
leprosi qui steterunt a longe et leua
uerunt uocem dicentes ihu precepto

R.

256

miserere nostri quos uidit dixit
ite ostendite uos sacerdotibus. Et fac
tum est dum irent mundati sunt unus
autem ex illis uidit quia mundatus
est regressus est cum magna uoce
magnificans dm̄ et cecidit in faciem
ante pedes eius gratias agens et hic
erat samaritanus respondens au
tem ihs̄ dixit nonne decim mundati
sunt et nouem ubi sunt non est in
uentus qui redire et dare gloriam
dō nisi hic alienigena. Et ait illi surge
et uade quia fides tua te saluum
fecit

Interrogatus autem a farisaeis
quando uenit regnum dī. Res
pondit eis et dixit non uenit

regnum dī. Cum observatione neque
dicent ecce hic aut ecce illic ecce enim
regnum dī intra vos est. Et ait ad disci
pulos suos venient dies quando desi
deretis videre unum diem filii hominis
et non videbitis. Et dicent vobis ecce
hic et ecce illic et nolite ire neque sec
temini

Nam sicut fulgor coruscans de sub
caelo in ea quae sub caelo sunt ful
ge ita erit filius hominis in die sua.

Primum autem oportet illum mul
ta pati et reprobari a generatione
hac

Et sicut factum est in diebus noe
ita erit in dieb: filii hominis. Ae
debant et bibebant uxores docebant

Et clabantur ad nuptias usque in diem
qua intrauit noe in arcam Et uenit
diluium Et perdidit omnes :·



Similiter sicut factum est in dieb:
loth aedebant Et bibebant emeba
nt Et uendebant plantabant Et edi
ficabant qua die autem exiuit loth
a sodomis pluit ignem Et sulphor de
caelo Et omnes perdidit secundum
haec erit qua die filius hominis reue
labitur :·



Illa hora qui fuerit in tecto Et uas
eius in domo ne discendat tolle
re illa Et qui in agro similiter non
redeat retro :·



Sed in res estote uxoris loth :·
Quicumque quaesierit animam suam

saluare perdet illam et quicumque
perdiderit illam propter me uiuifica
bit eam. Et Co uobis in illa nocte
erunt duo in lecto uno unus adsume
tur et alter relinquetur duae erunt
molentes in unum una adsumetur
et altera relinquetur. Duo erunt
in agro unus adsumetur et alterum
relinquetur.

Respondentes dicunt illi ubi dne
qui dixit eis ubicumque fuerit cor
pus illuc congregabuntur aquile
Dicebat autem et parabulam LVK XV
ad illos quoniam oportet sem
per orare et non deficere dicens iu
dex quidam erat in quadam ciuitate
quidm non timebat et hominem

nonuerebatur uidua autem quaedam
erat in ciuitate illa Et ueniebat ad
eum dicens uindicare de aduersario
meo Et nolebat per multum tempus
post haec autem dixit intra se Et si
dm̄ non timeo nec hominem reuerior
tamen quia molesta est mihi haec
uidua uindicabo illam ne in nouissi
mo ueniens suggillet me ait autem
dn̄s audite qui diu dex iniquitatis
dicit ds̄ autem non facies uindictam
electorum suorum clamantium ad
se die ac nocte Et patientiam habe
bit in illis dico uobis quia cito facies
uindictam illorum uerum tamen
filius hominis ueniens putas inue
nies fidem in terra dixit autem

Et ad quosdam qui in se confitebant
tamquam iusti et aspernabantur ce-
teros parabulam istam duo homines
ascenderunt in templum ut orarent
unus farisaeus et alter publicanus
farisaeus [illegible] stans haec apud
se orabat ds gratias ago tibi quia
non sum sicut et caeteri hominum rap
tores iniusti adulteri uel ut etiam hic
publicanus ieiunobis in sabbato de
cimas dō omnium quae possedeo et
puplicanus a longe stans nolebat
nec oculos ad caelum leuare sed pcr
cutiebat pectus suum dicens ds pro
pitius esto mihi homini peccatori
Dico itaque uobis discendit hic
iustificatus in domum suam ab illo

deus propitius mihi homini pecc

magis quam ille fariseus

Vi omnis qui se exaltat humilia
bitur qui se humiliat exaltabi
tur. Adferebant autem
ad illum et infantes ut eos tangere
quod cum uidissent discipuli incre
pabant illos. Ihs autem cum uocasset
illos dixit sinite pueros uenire ad
me et nolite eos prohibere talium
enim est regnum dei.

Amen dico uobis quicumque non
acciperit regnum dei sicut puer
non intrabit in illud.

Interrogauit eum quidam prin
ceps dicens magister bonae quid fa
ciens uitam aeternam possidebo

Dixit autem ei ihs quid me dicis

bonum nemo bonus nisi solus ds ·

Mandata nosti · non occides non mi
chabiris · non furtum facies · non fal
sum testimonium dices · honora pa
trem tuum et matrem tuam · Quia
haec omnia custodiui a iuentute mea

Quo audito ihs aitei adhuc unus
tibi deest omnia quaecumque
habes uende et da pauperi
bus et habebis thesaurum in celo
et ueni sequere me ·

Ille auditis contristatus est
quia diues erat ualde uidens
autem illum ihs tristem factum dixit
quam dificile qui pecunias habent
in regnum dei intrabunt facilius qui

enim camellum perforamen acustra
ire quam diuitem intrare intrare
in regnum dei. Et dixerunt qui audie-
bant Et quis potest saluus fieri ait
illis quae impossibilia sunt apud ho-
mines possibilia sunt apud dm̄. Ait
autem petrus ecce nos qui dimissimus
omnia Et secuti sumus te ::

VI Et dixit eis amen dico uobis nemo
est qui relinquat domum suam
aut parentes aut fratres aut uxo-
rem aut filios propter regnum dei Et
non recipiat multo plura in hoc tem-
pore in saeculo autem uenturo uitam
aeternam possidebit

Adsumpsit autem ihs duodecim

Et ait illis ecce ascendimus hierusoli
mam et consummabuntur omnia
quae scripta sunt per prophetas de fi
lio hominis tradetur enim gentibus
et inludetur et flagillabitur et con
spuetur et post quam flagillaverint
occident eum et tertia die resurge
Et ipsi nihil horum intellexerunt
et erat verbum istud absconditum
a beis et non intellegebant quae
dicebantur.
Factum est autem cum ad propinqua
re hiericho caecus quidam se
debat secus viam mendicans et cum
audire turbam praeter euntem inter
rogabat quid hoc esse dixerunt autem

et quod ihs nazarenus transiret. Et clamauit dicens ihu fili dauid miserere mei. Et qui præibant increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat fili dauid miserere. Et stans autem ihs iussit illum adduci ad se. Et cum propinquasset interrogauit illum dicens quid tibi uis faciam ille dixit domine ut uideam. Et ihs dixit illi respice fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo.

Et ingressus perambulabat hiericho. Et ecce uir nomine zacheus et hic erat princeps publicanorum

rum et ipse diues erat et querebat ui-
dere ihm· Quis esset et non poterat pre-
turba quia statera pusillus erat et
praecurrens ascendit in arborem sycco-
morum ut uideret illum qui ainde erat
transiturus· Et cum uenisset ad locum
suscipiens ihs uidit illum et dixit ad eum
Zacche festinans discende quia hodie
in domu tua oportet me manere et
festinans discendit et excipit illum
gaudiens et cum uiderent omnes mur-
murabant dicentes quod ad hominem
peccatorem deuertisset stans autem
saccheus dixit ad dnm ecce dimedium
bonorum meorum dne do pauperib:
Et si quit aliquem defraudaui reddo

quadruplum ait ihs deum qui hodie
salus domui huic facta est eo quod ipse
filius sit abrahae



Venit enim filius hominis quaerere et
saluum facere quod perierat

Haec illis audientibus adiciens dixit
parabulam eo quod esset prope
hierusalem et quia existimarent quod
continuo regnum dei manifestaretur



Ait ergo homo quidam nobilis abiit
in regionem longinquam accipere
sibi regnum et reuerti

Vocatis autem decem seruis suis de-
dit illis decem minas et ait ad illos
negotiamini dum uenio Ciues autem eius
oderant illum et miserunt legationem

post illum dicentes nolumus hunc regna
re super nos. Et factum est ut rediret
accepto regno & iussit uocari seruos qui
bus dederat pecuniam ut sciret quantum
quis negotiatus esset. Venit autem pri
mus dicens domine mina tua decem mnas
acquisiuit. Et ille ei euge bone serue
quia in modico fidelis fuisti eris pote
statem habens super decem ciuitates.
Et alter uenit dicens domine mina tua fe
cit quinque mnas. Et huic ait & tu esto
super quinque ciuitates. Et alter uenit
dicens domine ecce mina tua quam habui
repositam in sudario habui enim te
timui quia homo austeris es tollis quod non
posuisti & metis quod non seminasti

dicit ei de ore tuo te iudico serue nequam
sciebas quod ego auferis homo sum tolle-
ns quod non posui et metens quod non se-
minaui et quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam et ego ueniens cum
usuris utique exigissem illud quod meum
esse et adstantibus dixit auferte ab
illo mnam et date illi qui decem mnas
habet et dixerunt ei dne habet decem
mnas

Hoc autem uobis quia omni habenti
dabitur et habundabit et a-
beo autem qui non habet et quod ha-
bet auferetur ab illo

Verumtamen inimicos meos illos
qui noluerunt me regnare super

se adducite huc et interficite antem
hiis dictis praecedebat ascen
dens in hierusolymam. Et
factum est cum ad propinquasse ad
bethfage et bethania ad montem
qui uocatur oliueti misit duos disci
pulos suos dicens ite in castellum
quod contra uos est in quod intro
euntes inuenietis pullum asinae
alligatum cui nemo umquam hominum
sedit soluite illum et adducite
huc et si quis uos interrogauerit qua
re soluitis sic dicetis ei quia dominus ope
ram eius desiderat.

Abierunt autem qui missi erant
et inuenerunt sicut dixit illis

pullum stantem soluentibus autem illis
pullum dixerunt domini eius ad illos
quid soluitis pullum at illi dixerunt
quia dn̄s eum necessarium habet. Et duxe-
runt illum ad ihm̄ Et iectantes uestimen-
ta sua supra pullum Et inposue-
runt ihm̄. Eunte autem illo subter-
nebant uestimenta sua in uia :·



Cum ad propinquare iam
ad discensum montis oliuti
coeperunt omnes turbae discenden-
tium gaudentes laudare dm̄ uoce
magna super omnib: quas uiderunt
uirtutibus dicentes benedictus qui
uenit rex in nomine dī. Pax in caelo
Et gloria in excelsis

Et quidam farisaeorum de tur
bis dixerunt ad illum magis
ter increpa discipulos tuos quibus
ipse ait dico uobis quia si hii tacue
runt lapides clamabunt :
Et ut ad propinquauit uidens
ciuitatatem fleuit super illam
dicens quia si cognuisses tu et quidem
in hac die tua quae ad pacem tibi nu
nc autem abscondita sunt ab oculis
tuis quia uenient dies in te et circum
dabunt te inimici tui uallo et coan
gustiabunt te undique et ad ter
ram prosternent et filios tuos qui
in te sunt et non relinquent
in te lapidem super lapidem et uenie
nt

265

nte hec uniuersa eo quod non cognue-
ris tempus uisitationis tue



Ingressus in templum coepit
eicere uendentes in illo & emen
tes & mensas nummulariorum effu
dit & cathedras uendentium colum
bas euertit dicens illis scriptum est
quia domus mea domus orationis est
uos autem fecistis illam speluncam
latronum



Erat docens cotidie in templo
principes autem sacerdotum
& scribae & primates plebis quere
bant illum perdere & non inuenieba
quid facerent illi omnis enim popu
lus suspensus erat audiens illum

Et factum est in una dierum do
cente illo populum in templo
et euangelizante conuenerunt prin
cipes sacerdotum et scribae cum se
nioribus et dixerunt dicentes ad illum dic
nobis in qua potestate haec facis aut
quis est qui dedit tibi hanc potestatem
respondens autem dixit ad illos interro
rogabo uos et ego uerbum unum res
pondete mihi baptismum Iohannis
de caelo erat an ex hominibus at illi co
gitabant intra se dicentes quia si dix
erimus de caelo dicet nobis quare ergo
non credidistis illi si autem dixerimus
ex hominibus plebs universa lapidabit
nos certa sunt enim Iohannem prophe

esse Et responderunt se nescire unde
esse Et ihs ait illis neq: Ego dico uobis
in qua potestate hec facio:

Cepit autem dicere ad plebem para
bulam hanc homo plantauit ui
neam Et locauit eam colonis Et ipse
pergere fuit multis temporib: Et in
tempore misit ad cultores seruum ut
de fructu uinae darent illi qui cessu
dimiserunt eum inanem Et addidit
alterum seruum mittere illi autem
hunc quoq: caedentes Et adficientes
contumelia dimiserunt inanem Et
addidit tertium mittere quia illum
uulnerantes eicerunt dixit autem
dns uinae quid faciem mittam filiu

meum dilectum forsitan cum hunc uide-
rint uerebuntur quem cum uidissent
colonj cogitauerunt inter se dicentes
hic est heres occidamus illum ut nostra
fiat hereditas et eiectum illum extra
uineam occiderunt quid ergo faciet illis
dns uineae ueniet et perdet colonos
istos et dabit uineam aliis

Hoc audito dixerunt illi absit
Ille autem aspiciens eos ait quid
est ergo quod scriptum est Lapidem
quem reprobauerunt edificantes
hic factus est in caput anguli Omnis
qui ceciderit super illum lapidem
confringetur super quem autem
ceciderit conminuet illum

Quaerebant principes sacerdotum et scribae mittere illum manus illa hora et timuerunt populum cognoverunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem

Observantes miserunt insidiatores qui se esse iustos simularent ut caperent eum in sermone et traderent illum principatui et potestati praesidis et interrogaverunt illum dicentes magister scimus quia recte dicis et doces et non accipis personam sed in veritate viam dei doces licet nobis tributum dare Caesari an non consideremus

autem dolum illorum dixit ad eos quid
me temptatis ostendite mihi denarium
cuius habe imaginem uel inscribtionem
respondentes dixerunt caesaris.
Et ait illis reddite ergo quae caesa
ri sunt caesari et quae dei sunt deo
et non potuerunt uerbum eius repre
hendere coram plebe et mirati in res
ponso eius tacuerunt.
Accesserunt autem quidam sadd
ucaeorum qui negant esse resur
rectionem et interrogauerunt eum
dicentes magister moyses scribsit
nobis si frater alicuius mortuus
fuerit habens uxorem et hic sine
filiis fuerit ut accipiat eam frater
eius

uxorem & suscita semen fratri suo sp
tem ergo fratres apud nos erant &
primus accepit uxorem & mortuus
est sine filiis & sequens accepit illã
& ipse mortuus est similiter & ter
tius accepit illam similiter & omnes
septem & non reliquerunt semen
& mortui sunt nouissima autem
